

EPISTOLA

ciaq; penè stupenda exornauit vniuersitatis
 conditor, quantam cognitio humana comple-
 cti nulla vnquam potest. Sed ea ipsa tamen mi-
 re quoq; attentum inspectorem ad omnipoten-
 tiæ bonitatis, atq; sapientiæ immensæ archite-
 cti considerationē ducit, nec ad eius notitiam
 minùs, quàm sublimis illa corporũ coelestium
 contemplatio, efficax videtur. Quamobrem
 cum ego etiam in metallicorum cognitione o-
 cium tempusq; contriuerim non exiguum,
 atq; in ea tantum quidem assiduitate atq; ex-
 plorãdi studio profecerim, vt quàm plurimas
 fossilium species nouerim, eorumq; thesaurũ
 multis impensis collegerim, paucis comparabi-
 lem, vt meum in tantis tuis conatibus studiũ
 tibi probarem, & quasi (quod aiunt) mutuã
 in re honesta operam traderem, amico de me
 multis modis merito, indicem omnium quæ pe-
 nes me sunt rerum terra effossarum confeci,
 priore quem ad te ante sex annos misi nume-
 ro multipliciter auctiorem. Eum igitur ubi
 perlegeris, siquid tibi arridebit, cuiuscunque
 ponderis sit precijue, faciam admonitus, vt co-
 gnoscas nihil tibi à me vnquam denegatũ iri.

; Nam